Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



panca fuisti fidelis supra multa te constituam intra in gaudium
dni tui. secundum lucam.
In illo t. D. d. i. d. s. parabolam hanc. Homo quidam
nobilis abiit in regionem longinquam. accipere sibi regnum
et reuerti. Vocatis autem decem seruis suis. dedit illis decem
minas. et ait ad illos. Negociamini dum uenio. Ciues
autem eius odiebant illum. et miserunt legationem post illum
dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum
est ut rediret accepto regno iussit uocari seruos quibus
dedit pecuniam. ut sciret quantum quisque negociatus esset.
Venit autem primus dicens. Domine mina tua decem
minas acquisiuit. Et ait illi. Euge bone serue quia in
modico fuisti fidelis. eris potestatem habens super decem ci-
uitates. Et alter uenit dicens. Domine mina tua. fecit qui-
que minas. Et huic ait. Et tu esto super quinque ciuitates.
Et alter uenit dicens. Domine ecce mina tua quam habui
repositam in sudario. Timui enim te. quia homo austeri-
es. tollis quod non posuisti. et metis quod non seminasti.
Dicit ei. De ore tuo te iudico serue nequam. Sciebas quod
ego austeris homo sum. tollens quod non posui. et metens
quod non seminauim. et quare non dedisti pecuniam meam ad
mensam. Et ego ueniens: cum usuris utique exegissem
illud. Et astantibus dixit. Auferte ab illo minam. et date
ei qui decem minas habet. Et dixerunt illi. Domine habet decem
minas. Dico autem uobis. quia omni habenti dabitur. ab eo
autem qui non habet. et quod habet auferetur ab eo. sdm ms athim
In illo t. D. d. i. d. s. Vigilate ergo: quia nescitis qua
hora dns uster ueniturus sit. Illud autem scitote: quoniam
si sciret paterfamilias qua hora fur ueniturus esset